

Charter of St. Mary's in Magdeburg

(Unserer Lieben Frauen)

Ego Norbertus, Dei gratia Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus: Notum sit omnibus, tam futuris quam praesentibus, quod ego statum Magdeburgensis Ecclesiae attendens et eum sublimare in Religione ~~en~~ et immunitate integrare, et minus correcta reformare, vel in melius mutare ~~stus~~, in ipsa civitate Ecclesiam B. Mariae Genitrici Dei perpetuae Virgini dedicatam, interius et exterius adeo attenuatam, ut et sarta tecta ipsius Ecclesiae omnifere essent annihilata, ~~et~~ duodecim Clericis in eo Deo deservire constitutis non sufficerent alimentis. Ex his enim quae ad illam pertinebant Ecclesiam plurima erant in militibus ~~distu~~, quaedam per negligentiam jacebant inculta, quaedam in aliorum usus usurpata, ~~ta~~ ut Ecclesia fere irrecuperabiliter esset destituta. Nos itaque pauperum, et frequenti ~~eorum~~ quaerimoniae condolentes et Ecclesiam magis crescere quam decrescere ~~rescep~~, monendo, exhortando, suadendo, hoc ab eis obtinuimus, ut de illa exeuntes